

12
5/2
ΑΚΡΟΕΤΙΧΟΝ

honoris natalitio
reuerendi, celeberr. ac doctiss. viri
Dn. **JOHANNIS COCCEJI**
PHILOLOGI SACRÆ & ori-
entalium linguarum PROFES-
SORI PUBLICO, præcepto-
ri suo ac favitori de se stu-
dijsq; suis plurimum me-
renti. d. 27. Xbr. a. n. i
C17 17C XXXII.

Indis purpureus Phœbus ab incolis

Oras Æoliâs inquit, et insulas:

Huc aurora coruscans

Affer palmiferum diem.

Neu natalis ovans me lateat tuus,

Nobis qui tropicis redditus horridis

Est, dum Solis anhelos

Sentit quadrupedes Caper:

Concurrit populis, prodijt omnibus

Oris, templa frequentavit, et organum

Clanxit, dulcior ille

Concentus solito fuit.

Et quid? Musica tam blandicidulum cohors

In templo et lepidum concinuit melos

Vix, quàm quale priori argutius ullo

Sole his auribus audij.

Psallebatq; choris interioribus

Hymnos ex vicibus turba scholastica

Illor, qui bone Christe,

Luci conveniunt tua.

Omnino refucant ista memoriam,

Latum sidereo ex æthere lustricum

Ortum, nempe **JOHANNIS**,

Gnati qui sequitur diem.

Idearco mihi nunc materie datâ

Agrè ne, vir honorande, feras, rudi

Si te carmine nectam,

Ac filo tenui ligem.

Cùm de me meritus sis, mereasq; adhuc

Rectè, (garrulo!) rectissime, & optimè,

Aequum quis neget esse,

Pædeuterion ut tibi

Recddam? Hoc ergo charisterion offero:

Oratum genibus flexilibus Deum

Fusis pectore et ore

Exultim precibus volo,

Summus largiter ut retribuatur tibi,
Sors, cheu, tenuis quod mea me vetat,
Omnes ille labores

Rex compenset ab aethere.
Praceptoribus haud atq; parentibus
Unquam digna potest gratia reddier.

Bravium tibi pro me.
Largiri Deus ah velit.
Is veret, quod avent, & quod ovant, vovent
Cuncti, Philologum, Theologum Pater

Ut Tu nomine fias.
Scis, ut spero, quid innuam.

Fortè rogas, hac sint mea quomodo vincla secanda?
Quod quis meretur, haud opus rependere.

Atonoris ac debita observantia
ergò musinabatur

Johan-Theodorus Wildius
Dorheimia-Hanovicus.

Handwritten text along the right edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized in a list or table format.

us

A Monsieur
Monsieur Jean
Coccejus.

d'

Bremen